

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consilium n  
cum fonte primo

Plurimum laudis iuuenes moribus suis applicant  
quociens de negotiorum meritis ambigentes  
ad peritorum consilia decurrunt.

Cassiodorus ibidem (parte II. libro I. epistola IX.).

Plurimum laudis iuuenes moribus suis applicant  
quociens de negotiorum suorum meritis ambigentes  
ad peritorum consilia decurrunt,  
sicuti nunc uir clarissimus Theodorus,  
domi quidem nobilis,  
sed modestissimae conuersationis opinione generosior,  
qui per litteras meas ad tuas litteras,  
id est ad meracissimum scientiae fontem  
laudabili auiditate proficiscitur,  
non modo reperturus illic ipse quod discat  
sed et forsitan relaturus inde quod doceat.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*, 3.10.1  
(A. Loyen ed., vol.2, p.99).